




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-553437-p0001-5

DFG







1669.

1. Engelbrecht, Arnoldus Henrich: De iure parapskernorum.
2. Limbach, Iohannes Christopherus: De forumsibus.
3. Perner, Christianus: De levitatione
4. Siccarius, Iohannes: Bracteatus furior; remakes, chis ex contractibus et debitis obligentia?

1670.

1. Beckstett, Iohannes Nicolaus: De apertura ultimorum voluntatum.
2. Haberkornius, Henricus Petrus: De numeris.
3. Fuchs, Iohannes Taetor: Analysis legis vel. C. de iuris dict. omn. iud. et de foro competenti
4. Uffermann; Barckhaus: De gratiis expectationis.

1671.

1. Cetz, Iohannes Hepprich: De talis donatibus

1671.

2. Krebs, Philipp Heufrich: De ligno et lapide
3. Mollenbeicus, Anton Henricus: De simulatione
4. Schelhas, Georgius Antorius: N. quinquemalibus

1672.

1. Becker, Iohannes Bernhardus: De teste uno.
2. 3. Doerckes, Doekes: De nobilitissima clausula Codicilli  
ris lactae specie, quae habetur in 1.77 § 23 de legat.  
2 exempl.
4. Zuercker, Iohannes Phoebus: De intervissa possessio.
5. Melchior, Ioh. Michael: Fas communionis
6. Mollenbeicus Antonius Henricus: De beneficiis  
fiduciosorum.
7. Schroeter, Wilhelm Christian: De institutione et  
reformatione religiosis







16

# DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS

<sup>DE</sup>

1669, 2

67  
3  
2

# FORENSIBUS,

Quam

*Divino Numine Clementissime Presidente*

EX INDULTU

Illustris JCtorum Ordinis

GRATIOSO

CELEBERRIMA CATTORVM GISSENA

LICENTIA

Summos in utroque Jure Doctoratus Honores

& privilegia ritè capessendi,

PUBLICO DN. DN. PROFESSORUM EXAMINI

submittit

JOHANNES CHRISTOPHORUS Limbach/

GOTHANUS.

*Horis locoq; consuetis ad diem*

Februar:

Anno Christianæ Salutis

• I c. I c. L X I X.



GISSÆ,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII, Academix Typog. Ordin.

A  
ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, REVERENDISSIMO,  
& MAXIME STRENUIS,

DN. OTTONI HENRICO von der THANN/ce.ue.

ILLUSTRIS EQUITUM NOBILIMUMQUE IMPERII IMMEDIATORUM IN FRANCO-  
NIA, LOCIS RHÖN & VVERRA ORDINIS, DIRECTORI, JUDICIIQUE CORUN-  
DEM PRIMI PRÆSIDI EMINENTISSIMO.

DN. PHILIPPO FRIDERICO de SCHLITZ,

DICTO DE GÖRTZ, &c. EQUITI, ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBERSTAD. CANO-  
NICO & VICEDOMINO, LAUDATI JUDICII NOBILIMUM IMMEDIAT. ASSESSO-  
RI MAGNIF.


Dominis ac Mecenatibus meis gratos.

M<sup>ir</sup>amini Domini Illustres, fortassis audaciam in inscriptione vestror. venerand.  
Nominum huic disputationi assumptam. Sed spero illam, Vesta Illus-  
tris. Generositatis Comitatem ex inspecta observantia, quā VOBIS obligatus  
vivo, excusaturam facile; eò magis quod hac ipsā non mendicundi jum<sup>m</sup> unigatum studi-  
um, quam potius obsequiosissimi mei ex beneficio in me collato animi s<sup>t</sup>titur signum.  
Suscipite, itaque, Domini Illustres, præsens scriptum, obsequiosè precor; & nunc porro  
sub Vestro gratio<sup>s</sup> indu<sup>l</sup>tū muneris mihi delati officia placide exequi finite. Vos vero  
divina Clementia per longavam etatem sustentet in columnes & beatos, quo Generos. Equi-  
rum Franc. Ordo vestrus sub directione & Consiliis vigeat, increscat & floreat in seram  
posterioritatem. Dab. Gissa ex Mus. d. 18. Febr: 1669.

VESTRAE ILLVSTRIS GENEROS:

Observantissimus

JOHANNES CHRISTOPHORUS Limbach.



entium jure primævo com-  
munem paremque fuisse conditio-  
nem constat omnium, justi injustiq;  
rationem æqualem; nisi dicere aveas  
statim in primordio ob patriam po-  
testatem, & huic subditam filialem  
observantiam, dissonantem juris ex-  
stisse ordinem; hunc porrò mox introductam regiam  
potestatem altius induxisse. Certè distinctis terris in cer-  
tas provincias, his insimulque diverso regimini subjectis  
ad postulatum hominum status diversa conditura, &  
quotusquisque dominans augendæ civitatis suæ cupidus,  
potentiamque eminentiorem intendens, variis indultis  
suos præ exteris & benigniori prosequi coepit benevolen-  
tiâ, excepto, si forte postea quorundam asperitas contra-  
ria hissurrogavit. Neque verò inconsultum hos, qui se  
alicujus imperio subjecissent, beneficiis & privilegiis ma-  
tare, aliosque insuper allicere. Fecerunt hoc Gothi,  
Sueones aliaque gentes asyla constituentes; quæ templo  
primùm misericordiæ, mox receptacula scelerum, ubi sc.  
humanitas loco tuti aliunde vel ob scelera vel vim pro-  
fugis fuit: imò profugum his præbere, qui decretam fa-

A

cinio-

cīnoribus suis pōnam exilium domi sibi consciverunt,  
 interdum non caret ratione & successu. D. Boccler. dis-  
 fert. Acad. de pot. civ. Sed quicquid hic sit, Ludovicus  
 XI. Rex Gallorum jura civium Burdegali: peregrinis se-  
 des in dictā civitate constituentibus concessit. Jacobus  
 I. Scotiæ Rex Scotiam multis bellis devastatam præposi-  
 tis illuc aliunde migrantibus omnis generis immunitati-  
 bus restauravit: Platonicam doctrinam, ceu nimis irra-  
 tionabilem, si generaliter & crudè accipiatur, respuens.  
 Quæ privilegia potentissimus Palatinus Elector, cuius ad-  
 mirabilem sapientiam deprædicant Politici, prudenti  
 consilio Manheimensibus; quæ Eminentissimus Mo-  
 guntinus Præsul post captum Erphordium ad attrahen-  
 dos exterros proposuerint, publicè notum. Taceo hīc  
 alios. Ipsi Juris nostri Condītores Romani non minori  
 prudentia prædicti primūm asyla, mox varia jura suis dede-  
 runt, peregrinis horum fruitionis incapacibus declaratis.  
 Cujus argumenti capita plura occurruunt versanti in Jure  
 nostro Civili, augmentumque additum moribūs nostris,  
 statutis peculiaribus, aliove modo insigne; adeò, ut hodie  
 singularis differentia peregrinos inter, Forenses alii di-  
 cunt, & indigenas noscatur, dum vel odio vel prærogati-  
 vis discernuntur valde. Sed dispersa materia videbatur  
 congestionem mereri, quo breviori lustratione, quid di-  
 stet civis à Forensi conspici possit. Facultate itaque de  
 habenda Disputatione Inaugurali ab Illustri J. Ctorum  
 Ordine mihi concepsâ, hæc præ aliis mihi placuit; cu-  
 jus tractationem hisce pagellis, in quantum in præsens li-  
 cuit, comprehendere ausus, accuratio[n]em commodiori  
 refer-

3

reservans occasiōni. Suscipe igitur amicibili vultu, *Honorande Lector*, cōusque q̄ræsens scriptum, & si fortè in quoddam punc̄to rectio putas judicium aliud, patere quæso, me communi in publicum prodeuntium frui beneficio.

Incipit feliciter

S E C T I O N.

*Exhibens*

DEFINITIONEM, CONSTITUTIONEM ET PRIVILEGIA EXTERORUM.

§. 1.

**F**orensis à forās, quasi forās veniens, vel secundūm alios à foro, loco, in quo judicia commerciaq; exercentur, dictus, quamvis interdum idem signifi-  
cet, quod Causidicus, qui se in foro exercet; & ali-  
bi Judex secularis hāc voce significetur, c. si clericus x.  
de foro comp. mihi tamen in præsentiā rerum dicitur, qui extraneæ  
Jurisdictioni subjectus. Sicut in LL. Ciylibus omnes hāc voce  
comprehendebantur, qui cives Romani non erant. argt l. 10.  
§. 6. π. d. in jus vocando. q. l. 1. §. 2. π. d. Leg. 3. Aliis extraneum  
vel peregrinum dicentibus eundem non repugnabo. Ortus po-  
tius Forensis & nativitas varia assignanda.

§. 2.

Primūm itaque statim, prout quisque in una pluribusve pro-  
vinciis summam rerum obtinebat, alterius omnis potestas ibi-

A 2 dem

dem stabant exclusa. Idem igitur iustitiæ omnium Rerum Publ. nutricis, studiosus ad sedandas discordias civium inter se, & aliūs civitatis membra certa constituebat tribunalia, quibus coram subditi agere & conveniri poterant, debebant. Cæteri verò, qui ita se sifere non cogebantur, extranei, & alieni, vel sui juris erant.

## §. 3.

Ex hâc generali separatione natæ postea in unâ eademque Republ. aliæ exclusiones, quandoquidem scil. Jurisdictioni alias competentivel de facto, vel ex privilegiis concessionéve exempti. Inter quas celebris est illa Clericorum, cum Pontifices Clerum à Jurisdictione Civili ita solverunt, ut pars litigans trahendo Cleri, cum ad judicium seculare tam in civili quam criminali causam perdat, & à communione habeatur extraneus c. 12. *de foro compet.* Judex verò tale quid audendo censuram Ecclesiasticam incurrat c. 2. X. c. 2. d. *foro comp. in VI.* Jurene an minùs hoc factum olim disputatum, vid. Zoef. *ad tit. Decretal. d. for. comp. X.* & *ad π. tie. d. Judic. n. 32.* Certè Justinianus in Nov. 83. Clericum super pecuniaria causâ in primâ Instantiâ apud Episcopum, in secundâ coram Præside, vel Principe conveniri jubet. *auth. si quis ligant. um. C. 7. Episc. aud.* Justiniano remissior fuit Fridericus tam in criminali quam civili causâ eximens Clericum à Jurisdictione seculari. *auth. statuimus. C. d. Episc. & Cler.* Imò ulterius proges. si Papæ, dum ne quidem renunciationem hujus privilegii Clericis contral. pen. C. *de pact. l. 51. d. Episc.* permiserunt, sed gravi poena prohibuerunt c. 12. x. d. *foro comp.* vid. omnino d. hâc constitutione Innocentii III. *Juris Civil.* aliàs peritissimi, *Rittershus. Differ. Jur. Can. & Civ. l. 5. c. 4. §. sed deinceps &c.* ubi illius rationem prælim. 3. latè examinat, & tandem minùs concludentem esse pronuntiat. a. 4. sequ. Hincque est, quod passim à Forensi ad Clericum argumentum ducitur, vid. Rosenth. c. 5. *concl. 80.* Apud Protestantes post suspen- sam per Pacif. Relig. anno 1555. & Pac. Osnabrug. d. anno 1648. art. 5. imò penitus eliminatam (talis enim inibi, sperata endliche Christliche Vergleichung ob quotidiè ingravescentes lites ac

Con-

Mavius

ad J. L. q.

prælim. 3.

a. 4. sequ.

§(5)¶

Controversias vix speranda.) Papalem istam Jurisdictionem, Clericorum forum particulare quodammodo Consistoria Principum plerumque constituant. vid. Carpz. J.P. Confist..2. def. 10. D. Stru-  
vii Syntagm. Fend. c. 6. aph. 17. n. 5.

§. 4.

Quæ porrò Principum variorum & quot exemptiones (*intellige libertatis assertiones*) factæ sint à nostra Republ. in quo quantum vires ejusdem his decreverint antiquam amplitudinem cum hodiernâ conferentibus ad oculum patet, add. Conring. d. fin. Imperii. Gallia, Dania, Hispania, Portugallia, Hungaria, Borussia &c. ex parte hujus rei exēpla sūt notissima: plures titulos pro justificatione hujus exemptionis afferentes. Has tamen armis aliis, vē mediis ad debitum obsequium licet redigi posse non pauci existimant. Myler. d. princip. Germ. c. 99. Sed cum vel omnibus pata varia, transactiones ac pacificationes in promptu sint, veretur nonnulli, ne deficiat justorum armorum causa. Quædam quoque provinciæ soluto certo pretio Imperatori in libertatem proveniunt. Sic Florentia sex millibus Ducatorum à Rudolpho Imperatore libertatem redemit, uti ex aliis refert Reinking. tr. d. Regim. sec. l. 1. cl. 2. cap. 9. n. 32. Hodie hæc redemptio non procedit, vid. Capitulationes.

§. 5.

Huic subsequitur, quæ ex Civitatibus liberarum, principum statuumque imperii jure *autonomias* & analogicā majestate Landes Fürstl. hohen Obligkeit nata exemptio civium inter se invicem, & quasi particularium in unâ Republ. plurium Rerum publ. constitutio, diversarum mox legum, curiarumque exstructio. Est quippe hæc Jurisdiction territorialis vis ac potestas summi post Imperatorem imperii ac Regalium competens principibus &c. immediatis in personas resque in suo territorio particulari existentes. D. Myler. tr. P. 2. c. 36. c. 91. Quomodo autem hanc Jurisdictionem territorialem possideant principes nostri, vid. Consummatissimum hujus seculi JCtum Dn. Eybe n. tract. noviss. Elector fental. c. 6. §. 7. & seq. Patronum & Doctorem obsequiosè venerans

dum. Rursus concessum, moreque interato introductum passim  
jus emigrandi, quod libertatem summam recte olim dixit Cicero,  
Forensis audit causa nativa; Tandem ex Constitutione Curia  
Feudalis prodit Forensis argt. 11. E. 32. ibique Dd. Quae verò  
ban no Imperiali, aliòmodo pñali exclusio fiat, videre est apud  
Gai. Blum. Reinking. & alios, qui omnes harum pñarum effe-  
ctus prolixè tradunt. Heic loci n. de his & similibus mihi non est  
differendi animus. Forensis nunc jura atque prærogativas tra-  
dituro occurunt sequentia.

## I.

*Extranus evocatus regulariter nostra evocationi impunè  
non paret.*

Argumento l.f. π. 7diēt. R. 7.d. anno 1512. §. 13. & 14. Cu-  
jus enim nulla Jurisdictio, illius non recte dicitur sperni, nisi (1.)  
in nostra civitate perculam habeat & contraxerit, l. 19. §. 1. de Jus  
dic. ibidemque inveniatur c. 1. §. contrahentes d. foro comp. VI. adeò  
ut absens quamvis per subsidium citatus comparere non teneatur,  
tradat. *Magnif. Dn. D. Struvius Exert. IX. §. 42.* non obstante,  
quod Jure Civili aliud hoc in passu obtinuerit argt. d.l. 19. §. 1. d. t.  
add. Obrecht l. 3. d. 7diēt. c. 16. *Sigismund. Seacc. §. II. Gloss. s. n. 208.*  
*Marqu. de Commerc. l. 1. c. 13. idem l. 3. c. 21. n. 15.* vel (2.) in Re-  
publ. nostra locum solutionis faciendæ ex contractu alibi celebra-  
to assignaverit. *l. un. C. ubi con. qui certo loco e&c. Perez. ibid. Gail.*  
*l. 2. obf. 36. inf. aut (3.) apud nos delinquat, & itidem præsens sit D.*  
*Carpzov. l. 2. Resp. 26.* licet olim absens à Magistratu suo remitten-  
dus erat l. 7. §. f. w. d. accus. Nov. 134. c. 5. *D. D. Struv. de Ex. §. 45.*  
*Perez. in Cod. ad tit. ubi de Crimin. qui tamen remittendi usus ho-*  
*dile vix obtinet, aut certe infrequens, cum cogi ad hoc nullus possit*  
*D. D. Franzk. ad π. d. judic. n. 46. D. Struv. tr. d. vindic. priv. c. II.*  
*aph. 31.* vel (4.) reconveniatur. Evidem non videtur declina-  
re posse eum judicem, quo coram ante ipse litigavit, modò iste  
judex cognoscendi super reconventione habeat facultatem. *l. 14.*  
& anh. Consequent. C. d. sentent. utut hæc Papiniani ratio fortè  
cuidam aliquatenus inconveniens videri possit, quod actor nolens  
volens

H(7)¶

volens sequi teneatur forum rei l.2. C. de *fdictione*. aut (5.) rei  
controversæ situatio in nostra Republ. d.t.c. ubi in rem actio &c.  
l.un. c. ubi de possess. Et posteriores istæ duæ exceptiones obti-  
nent quoque in persona Clerici auth. Clericus. c. d. Episc. c. b. &c.  
d. for. comp. c. i. de privil. ibiq. Dd. in VI. Gail. l.1. obf. 37. Perez. in  
Cod. t. d. sentent. n. 19. Atque ita quoque servatur in Camera, fru-  
strà dislentiente Zoef. comment. ad π. tit. d. jnd. n. 79. & tit. decre-  
tal. n. 24. Sic memini in Causa Frh. von Bührē cont. die Patres Soc.  
Jesu. Colon. mandatū pœn. l. cl. quod causam illā utpote realē ad nun-  
cium Apostolicum traherent, ab eodemque jam mandatum Cass.  
& inhibit. impetraverant, decretum 10. Jul. anno 1655. Cate-  
rūm quamvis olim judicis aliàs non competentis J. dictiōne de  
persona ad personam, prorogare licuerit, hodie tamen cum non  
tām præjudicium privatorum, quām superiorum in ullā ver-  
setur, locum non esse eidem, tradunt Vinni. de *fdict.* c. 10. Dn. D.  
Struv. Ex. 4. th. 59.

II.

*Extraneus rectè in nostra Republ. testamentum facit.*

Constit. Frider: Imperat. qua ex Constit. ejusdem d. stat. t. 1. §.  
10. desumpta & tit. Codic. Commun. d. success inserta, testamenti  
factionem anteā denegatam. argt. l. 1. π. ad L. Falc. Duar. ib. in pr.  
peregrini impetraverunt, Per. ad. d. t. Dn. D. Struv: Exerc. 32. th. 7.  
Hæc tamen licentia testandi non undiquaque est recepta, nam in  
multis provinciis regni Galliæ alienigenis, quos Albinos vocant,  
quasi alibi natos, vid. Duar. d. l. testamenti factio interdicitur, &  
si vel omnino fecerint, Rex tamen succedit ex jure Albinagy. Perez.  
in tit. Cod. qui testam fac. n. 12. Idem tamen Galli hodie hoc jus  
restringunt aliquo modo, dum (1.) bona Confœderatorum, (2.)  
mercatorum. (3.) Scholasticorum in Aurelianensi & Bituriensi  
Academiâ. (4.) altero parente Gallo natorum. (5.) jus indi-  
genarum per Rescriptum Regium imrantium non amplius ra-  
piunt, sed horum dispositioni relinquunt, vel hâc cessante agna-  
tis. Mr, le Bret. de la Souver. du Roy l. 2. ch. 8. Marqu. d. tr. t. 1. c.  
13. Bodin. d. Rep. l. 1. c. 16. Factum verò ita apud nos à peregrinis  
testamen,

testamentum valet etiam quoad bona domi & alibi sita, modò solennitas apud nos necessaria fnerit observata. argt. l. 6. d. Evidet. quamvis fortè in loco rei sitæ major solennitas requiratur. Non obstat l.f. n. 7. dict. quam bene resolvit D.D. Struv. Ex. 32. §. 15. vid. pro hac mea sentent. l. i. c. d. emane. libr. l. si non speciali. c. d. testam. Joh. à Sandel. 4. Rr. Jud. t. 1. def. 12. Gudel. d. j. Nov. l. 2. c. 1. Vnnius l. 2. q. 19. Gail. l. 2. obs. 123. n. 3. modo Dominus territorii, in quo res immobiles sitæ peculiaria statuta rem sufficientia non condiderit. Poteſt enim Princeps rebus in suo territorio sitis legem dare, cui derogare alterius regionis Consuetudo nequit. Nicol. Burg. ad Consuet. Flandriae tr. 6. Vinn. d. l. 2. q. 19. Quod si lex alicujus loci non disponat circa actus solennitatem, sed circa personæ capacitem dispensando v.g. familiâs filium habilem reddens ad testandum, hæc minimè porrigitur ad homines alterius Jurisdictionis, sed tunc testator potest pro parte testatus, pro parte intestatus à mundo emigrare. Perez. in c. q. testam. n. 24. D. Mævius ad jus Lub. q. p. l. 4. n. 38. f. Hoc etenim ob diversitatem patrimonii vel legis potestatem fieri posse Dd. in §. 5. instit. d. hered. inst. & passim tradunt, & tunc obtinet illud, quod consuetudo vel lex non possit operari ultra limites proprios. l. dum piorum c. d. Decurion. Gail. l. 2. obs. 124. Cæterum si extraneus moriatur apud nos non condito testamento, quid juris sit & quomodo eidem succedatur vid. D. D. Struv. Ex. 38. th. 43. Mævius ad jus Lüb. q. præ l. 3. n. 27. ubi causus varios adducut, eosque resolvunt. Idem extraneus ex testamento à nostro civi condito reliqua capere potest, licet & hoc in aliis Rebus p. non ita generaliter vel demùm detractâ certæ parte permittatur, aut aliâ denique restrictione cohibeatur, quod certè pro commode civitatis introductum, ut sic bona inter cives maneant, quemadmodum Lübecense stat. l. 1. tit. 2. Art. 5. §. gleicher gestalt extraneis quidem capere reliqua concedit, illa tamen non nisi incolis alienari permittit. Marq. d. comm. l. 2. c. 9. n. ult.

## III.

*Extraneis per nostrum territorium transeuntibus salvus conductus concedendus.*

Publi-

(9)

Publicarum viarum usu seculo non exiguum Reip. afferri, commoditatem palam est; incumbitque unicuique territorii Domino vel viam publicam quoquo modo habenti, ut curet hanc à prædonibus & latronibus purgari. Præ primis vero mercatoribus ad nundinas euntibus hæc securitas servanda. Quis enim alioquin vellet sua nobiscum communicare. *Paul. Christin. vol. 3. decis. Belg. d. Nund. dec. 99.* Obtinet hic conducendi usus inter alia in Nundinis Francofurtensibus, Lipsiensibus &c. imò ad instantiā Francofurtensium Duci Würtenberg. à Camerâ mandatum, ut conductum ad nundinas Francof. proficiscentibus per suum districtum præberet. referente *Rosacorb. pract. obs. c. 18. & ex eod. D. Marqu. d. commerc. l. 1. c. 13. n. 41.* Effectus potissimum hujus juris est, quod si quidam in conducentis territorio spoliatus fuerit, is contra Dominum conducentem habet d. damno actionem, ut ablata restituat vel resarcitat, nisi ille delinquentem, qui solvendo est, vivum exhibeat, ut putat per R. J. d. anno 1559. §. dimit danit 34. *Mævius ad Jus Lub. l. 1. t. 1. art. 11. n. 25.* *Myler. d. tr. c. 59. p. 506. add. Gail. l. 2. obs. 64.* *Rosenth. c. 5. concl. 22.* Quamvis vero videatur, principem officii necessitate ad securitatem viarum publ. teneri *argt. l. 1. §. quies π. d. off. præf. urb.* *Rosenth. d. c. 5. concl. 25. n. 5.* receptum tamen hodie, ut transentes hunc petant quidagiumque solitum persolvant. Ethinc quidam sunt, qui illis, qui nec petierunt vel non solverunt pretium (quo aluntur stipendiarii die Geleits Reiter) dictum, reparationem damni denegant perpeditis. *Dissentit Myl. d. tr. & loc. Sixtin. d. Reg. c. 2. n. 32.* Quod si vero petitus sed denegatus fuerit, nullum est dubium, quin Dominus teneatur territorii: nisi justa denegandi causa adfuerit. *dd. Dd.* Undiquaque porrò sciendum (1.) dicto R. J. beneficio transentes non aliter frui nisi viâ prætoriâ der Kœnserl. Freyen Reichsstrasse utantur. *argt. l. 1. §. parvi π. d. his, qui dejecer.* *dd. Dd.* Deflectentes vero damnum datum suæ in curiositati imputent. (2.) interdum fieri, ut quidam principes non solù in suo, sed etiā in alieno territorio jus conducendi habeant, vel mutuo, vel unus solum. *Sixtin. d. l.* Sic tempore Nundin. Francof. hoc jus Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn. Ludovicus Landgravius Darmstad. Hassiae Nutri-

B

tor

tor Clementissimus noster exercet in territorio Moguntini qui-  
busdam locis.

## IV.

*Extranei muneribus personalibus non sunt gravandi.*

Cum indictio munerum ex jurisdictione fluat, facile patet, quid de Forensi statuendū. Quandoquidem autem munera triplex genus; alia quippe sunt personalia, alia mixta, alia patrimonialia. *v.l.i.l. munera l.6. §.3. d. muner:* de singulis hic occasione hujus asserti dicendum. Assertio hæc probatur *per ix. l. cum neque C. d. Incolis X. ibique Dd.* Patrimonialia quod attinet, rursus illorum dicuntur quædam ordinaria, quæ ex Legis provisione ratione rerum certam habent præstationem, statisque temporibus recurront. Quædam extraordinaria, certam provisionem non habentia, sed quæ ex superioris voluntate ob usum necessitatemque obvenientem extraordinariæ ratione rerum tamen, itidem imponuntur. Mixta, quæ personis, sed respectu rerum, quas possident, imponuntur, & plerumque cum corporali ministerio detrimentum quoque bonorum comprehendunt, itidem in extraordinaria & ordinaria distinguuntur. Nunc tenendum, patrimonialibus posse subjici forensem, & in hoc Dd. ferè omnes consentiunt, siquidem rebus ipsis principaliter imponuntur, cum igitur hæc magistrati in cuius districtu sit, subsint, meritò idem ille his onera imponere poterit. Agri enim tributum in eam civitatem levari debet, in cuius territorio possidetur. *argt. l.f. c. d. exact. tribut. l. omnes c. sine censu. Perez. in c. t. d. muner. patrim. n. 3. seqq. add. D. Struv. Ex. 50. th. 66.* ubi varia patrimonialia munera recenset. Mixtorum verò, cum materialiter rebus, formaliter autem personis imponantur, diversa est ratio, *argt. l. 6. §. f. π. d. muner. Perez. in cod. t. d. mun. n. 56. & seqn. Rosenth. d. c. 5. concl. 80. n. 3.* Limitant verò Dd. dicta, & restringunt quoad patrimonialia ad ordinaria vid. Rosenth. Perez. & al. cit. loc. Quoad mixta verò fallere dicunt assertum anteà 1. scilicet præscriptione, privilegio &c. introductum per text. *l. 18. §. præterea π. d. t. Mav. ad 7us Lub p. 2. t. 3. artic. 2. n. 23. & seq. 2.* Si collectio extraneorum concernat rerum defensionem

vel

vel commodum. *Paris. conf. 25. Gail. l. 2. obs. 52.* 3. Si etxranēi  
scientis bona in librum catastri in loco situs sint inscripta. *Rosenth.*  
*c. 5. concl. 82. n. 6. Gail. d. l.* ubi plures addit limitationes. Oc-  
currit hīc præstatio angariarum, quæ in genere sunt coactiones, ob  
repentinum aliquod negotium, Principis *l. 1. f. 56.* jussu, vel labore  
corporis velequis, jumentis, curribus & navibus faciendæ. Hæ  
an ad munera patrimonialia an verò mixta referendæ inter *Rosen-*  
*th. d. Feud. c. 5. conclus. 70. Vultej. d. feud. l. 1. c. 5. n. 14. Perez. in C. ad*  
*tit. d. cursu publ. Borckolt. ad d. cap. feudal. Iserniens. Afflictum &*  
*plur. alios non convenit.* Mihi advertere licuit pro ratione præ-  
stationis injunctæ has discerni posse. Certè quat. navibus, ve-  
hiculis equis &c. fūnt & plerumque ad transvchendum commea-  
tum, arma, exercitum, publicarum pontium, viarum, portuum  
reparationem adhibentur non solùm subditis, sed etiam extraneis  
injungi tradit *Perez. d. t. n. 5. l. 2. c. quibus muneribus l. ult. §. 22. d.*  
*muner.* Suecor. Belgarum, aliorumque principatum testantur  
exempla. *Loccen. tr. d. jure marit. l. 1. c. 5. §. 4.* Competit harum  
exactio Principibus & hoc regale habentibus. *Loccen. d. l.* Congruâ hæ operæ & servitium exteris mercede recompensantur meri-  
tò, quamvis à subditis propriis sumptibus præstari debere. *argi.*  
*l. 18. l. 20. π. d. oper. libert.* velit *Myler. d. tr. c. 72.* ubi tamen usus loco-  
rum diversorum attendendus venit omnino. Cùm verò in præ-  
statione navium plerumque hæ vel ab hostibus l. prædonibus aliò-  
ve fortuituo casu deteriores fiant, vel planè deperditum eant, quæ-  
sum an hoc damnum casuale Princeps, cui præstantur, resarcire  
debeat? Negat *Loccen. d. l. n. 9.* 1. Quod subditi naves suas non  
censeantur locasse Principi, sed obligationi debitæ satis fecerint.  
2. Quod etiamsi locatio exterarum navium facta fuerit, tamen &  
aliàs conductorem non teneri, *argi. l. 23. π. d. R. 7.* Sed æquitate  
inspecta horum elisio facile fit; contrariumque rectius asseritur,  
maximè si princeps per suos damnum aliquod intulerit. Naucle-  
ri autem imperitia vel culpa damnum præcedens omnem pensatio-  
nem excludit. Consentit *D. Marquard. d. commerc. l. 2. c. 5. n. 46.*  
*usque 60.* Mandatum enim hoc casu potius subest imperiosius;  
atqui providendum, ne damno afficiatur mandatsrius argumento

l.61. §. 5. π. d. furt. Nec obstat l. 26. §. 6. π. mandati. vid. Dn. D. Struv. Ex. 22. th. 12. pactio verò mercedis in extraneis accessoria solum est principali negotio, videlicet mandato.

V.

*Extranei licet alterius subditi transeuntes ad nos licitè recipiuntur.*

Emigrandi jus, de quo in Sect. sequ. latius, concessum jure gentium, indeque nata potestas recipiendi alibi emigrantes. Emigratione quippe, non obstantibus, quæ hic ex Jure Civ. Rom. objici possunt vid. Grot. l. 2. c. 5. §. 24. prioris domini potestas solvitur, foro ejusdem renuntiatur. Sed in hoc articulo, probè dispiciendum, cujusnam emigrantes sint conditionis probæ an reprobæ; delinquentes, an infantes, pacéne an minùs superioris, hujusve vel foederati & amici vel non emigrarint; singuli, an universitas. Mali, ne illis & nostracivitas corrumpatur, repellendi: Delinquentes remittendi, si non acti pœnam justam. Singuli, nisi peculiare obstat fœdus vel non pace amicorum exierint, recipiendi. Hugo Grot. l. 3. c. 20. n. 41. d. I.B. & P. Circa universitatem verò omnium maximè prudenter dispiciendum. Receptorum Hanovia Manheimb &c. aliæque produnt provinciæ exempla. Econtra repulsorum Portugallensium ante aliquot annos multis in locis potentium sedes fixas itidem nota. Grotius sanè d. l. 2. c. 5, n. 24. putat pugnare cum necessitate finis, qui jus facit in moribus excelsum corporis cuiusdam; civilemque societatem vix posse subsistere. Limitabit tamen forsitan hæc regiminis, ex quo ivere conditio subjectionisquæ primæ ratio. Receptis verò vix Senatus proprius & separatus separata cum Jurisdictione permitendus, actiones eorundem certis legibus circumscribendæ, commerciorum modus præfigendus, multitudinis augendæ terminus ponendus &c. ac denique cuncta hæc ita constituenda, quod salutis non detimento sit primis civibus receptio. An verò diversæ religionis exercitium princeps admittere possit, queritur? In foro hujus seculi certè juxta sententium Boxhornii plures quidem religiones principi una tamen Deo placere; falsoque prætendit

tendi ex religionum differentia oriri seditiones, ait Clapmar. Ar-  
can. pol. l. 4. c. 22. potius verò depravatorum quorundam animos  
hīc causam existere! Adi, qui dubitas, florentissimum Belgarum  
fœderatorum corpus: Religionis non obstante diversitate ele-  
gantem præsentans harmoniam. Quòd verò in Polonia & ali-  
bi omnis turbæ suscitatio religionis velamento tegitur, nihil ob-  
stat; reveræ interceptorum commodorum inspectio, &, quem Mōzamb.  
sibi cerebrofissimus hodie quisque cx diffensione fingit, contem- tr. d. Rep.  
ptus subest hicce. Concludantur cuncta legibus certis & saluta- Germ. c.  
ribus; inhibeantur injuriantium voces, & pax vigebit. Sed quor- 8. p. 209.  
sum dilabor discurrendo subsisto, Theologorum venerandorum Rolfendso  
hæc judicio subjicienda, quorum altior hīc prudentia. tr. d. sum-  
ma. Princ.  
Germ. po-  
test. c. 5. p.  
69

## VI.

*Forensis in iis, quæ juris gentium sunt, regulariter pari cum  
incolis conditione gaudet.*

Servanda est in societate humana communitas omnium re-  
rum, quas ad communem hominum usum genuit natura. Quod enim sine detimento proprio ac commodari potest, id tribuatur  
vel ignoto, inquit Cicero l. 1. offic. Hinc maris, terræ, fluminum,  
portus §. 1. 3. Inst. d. R. D. liber cunctis usus. Commune bonum  
erat, inquit Seneca l. 4. d. benef. c. 8. patere commercium (maris).  
Hinc transitus innoxius per vias publicas navigandique libertas.  
Jus morandi apud alios ad tempus populos. Hugo Grot. l. 2. c. 2.  
n. 15. facultas piscandi venandiisque. Rursus, cum non omnes  
terræ ferant omnia, indigentia communis commerciorum usum  
juris gentium fecit, vel cupidio voluptatis. Et videtur Deus per  
naturam ita ordinasse, ut societatis humanæ vinculum conservare-  
tur. Sed videoas hæc & alia plura contraria observatione val-  
dè restringi & legibus. Qui enim imperium in terram, mare & flumina obtinet, horum usum omnino restringere poterit exigentia Fritzsch. de Jure. Gru-  
te ita propriæ Reip. utilitate necessitatéve. Strach. d. navig. c. 7. & conf. 1.  
3. ex quâ & alias quæ juris gentium sunt, coarctantur plerumque Mævius  
Loccen. d. tr. l. 1. Quid Veneti in mari Adriatico, Dani in Balthico, ad Jus Lü-  
Genuenses in lacu Ligustico, Hamburgenses, Bremenses &c. in bec. l. 1. tit.  
I. art. II.

fluminibus statuerint, prætenderint, in publ. prostat: Quoties enim libertas aliâs communis civitati civibusque nocet, recte certis legibus & hoc amoventibus circumscribitur, neque tamen his ipsis tollitur illa: Liberum viarum itinerumque publicorum usum legibus restringi posse argt: est l.2. ne quid in loc. publ. transitus enim omnis innoxius esse debet. H. Grot. l.2. c.2. §.13. ex timore igitur justo damni vel alia de causa hujus libertas, quæ solùm permittivè talis, coërcetur. Sic nuper transitum per suam ditinem denegavit Luneburgensibus Episcopus Monasteriensis. Peñtis quoque tempore nuperrimo transitus pluribus locis planè prohibitus. Ulterius cum nemo in suo permittere cogatur, ut alteri prosit, nisi id sibi ipsi nihil sit nocitrum l.2. §.5. π. d. aqu. pluv. imò quod quisque sibi profuturum scit ad usum vitæ, sibi malle potest, quam alteri acquirere l.6. c. d. servit. Ordinata enim charitas in se incipit, hinc videoas Commerciorum usum itidem variis modis restringi. Ipsi Imperatores, præiverunt l.4. c.d. Commer. t. t. quæ res export. add. Selden. l.1. d. mari clauso c.12. Loccen. l.1. c.4. n.8. Atqûe hic nunc fons aperitur & origo i. Juris Stapulæ, quod à Principe summo recte instituitur & conceditur. Describit autem illud Boxhorn. in Theatr. Holl. per potestatem aliunde in vectas merces sistendi, ut non prius quam foro publico dividendi nequeant aliò transferantur. Vid. tn. Marqu. d. tr. l.2. c.6. n.35. ubi triplicem hujus voci significationem evolvit. Quoad nostrum imperium in Rheno Spira, Moguntia & Colonia Agrip. in Danubio, Ratisbonæ, Paslavium & Ingolstadt. In Albi, Hamburgum & Magdeburg. obtinent illud. 2. Monopolii. Constitutio hujus si ad modum à D. Marqu. d. tr. l.4. c.7. dirigatur, omnino toleranda. Siscil. ad salutem publicam, non quorundam commodum privatum à Principe constituantur, vel alias concedantur. Salva itaque manet l.1. c. d. monopol. quæ cum aliis LL. prohibitivis intelligenda d. monopol. propriâ & privata autoritate ad illicitas lucri captiones annonæque flagellationem erectis. D. Struv. Ex. 23. th. 69. 3. Aliarum prohibitionum, qualis i. quod Hamburgenses & Lubecenses inter exterios ad se venientes commercia

¶(15)¶

mercia non permittunt, exceptis paucis, *Mav. ad jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 8.* 2. Quod Hamb. bona sua immobilia extraneis non possunt vendere aut alienare, sed e gentibus solum permittitur assignatio ad fideles proxenetæ manus nomine peregrini creditoris. Quoad usum igitur hi illis fruuntur solum. Ita verò assignata bona ipse alienans vel alius civis quocunque tempore præcedente iusta pretii solutione relivere potest. Quæ quidem Constitutio, utpote valde proficua, & alibi obtinet, vid. ex ratione & Iure Civil. hujus statuti validitatem deducentem *Dn. Mav. ad jus Lubec. l. 1. tit. 2. art. 5.* 3. Quod nonnulli extraneorum in portu subsistentes naves non onerantur, quamdiu subditorum prostant, ut Moguntiæ & alibi. Galliæ tamen Regi Ludovico XIV. anno 1659. idem jus edicenti in suis ditionibus acriter se opposuerunt Belgæ & Hanseaticæ, refer *Marqu. d. tr. l. 1. c. 15. n. 23.*

## VII.

### *Forensis non obligatur statutis aliorum.*

Decantatum hoc est Axioma, & DD.U.I. notissimum videlicet à Valle Conf. 49. Colerus d. Process. execut. p. 1. c. 3. D. Mav. ad jus Lubecens. q. pral. 4. n. 3. Doctores ad t. 1. ff. ad Municip. Actus enim omnis Iurisdictionis, cuiusmodi est statutum ultra subditos se non extendit, & frustra huic mandare conor, cuius repugnatio peragit impunè. Sed universaliter illud verum qui putat, tutò vix incedit, quam contra in fallentias ejus plures incident. Quarum consideratio nunc suscipienda, circa quam adverte seq. Omne statutum vel consuetudo particularis civitatis alicujus vel Reip. (de Legibus enim generalibus & communibus, quin ubi omnes obligent, vix dubitet quisquam, *Barilis de pot. L. municipal. in advenas disqu. I. §. 5. n. 1.*) vel disponit circa favorabilia, vel odiosa, vel indifferentia. Hoc rursum fit dupliciter; disponit namque vel circa actus alicujus negotiive solennia, aut circa substantiam aut aliud quid. Prioris generis sunt ordinationes processus. 1. in judiciis. 2. in contractibus. 3. in testamentis similibus.

libusque. Et hisce in peragendis se obseruantem & conformem reddere debet Forensis. Sic qui in Iudic. Sax. agit, vel convenitur, ordinationes quoad lites processu observare ; qui contrahere vult Lubecæ cum muliere, adhibere Curatorem ejus ; qui testari vult Francof. leges ejus testamentarias observare debet, aut nulliter actum aget. Et hoc pertinet illud *Grot.l.2.c.11.§.5.d.7.B.¶P.* Posterioris autem generis statutum non obligat extraneum, per tradita, nisi non in personam, sed in rem sint concepta, in territorio repartam ; cuius certè conceptionis multum est authoritatis, illa tamen non statim ex mentione personæ vel rei, sed ex principali intentione scribentis & objecto promenda vid. *D. Mæv.d. 2r.q.præl.4.n.24.* Statutum disponens de actibus illicitis & pœnale vel ordinat de delicto Iure Comm. tali v.g. adulterio &c. vel prohibet alias indifferens v.g. ne quis nocte deambulet sine lumine, gladium gerat &c. Illo peregrinum obligari non est dubium. Circa hoc dicendum regulariter & in dubio non ligari ; sed tamen hic subdistinguendum, an statutum tale publico programmate ad portas & vias affixum ; an peregrinus sit diversi idiomatis, an diu in loco illo & multum versatus fuerit ; an minus, & nunc dicendum : statuto publicè affixo exorbitante, si ejusdem cum incolis sit idiomatis extraneus, vel si diversi, diu tamen ibidem commoratus fuerit, teneri, nec ignorasse præsumi. *Caval.de brach.Reg.c.4.n.465.* Cum verò prohibita faciens ad hoc ut pœnae subjici possit, omnino constare debeat, quod actum vitiosum scienter fecerit *Mascard.d.prob.vol.1.concl.1162.n.26.* ideo hic si ignorantiam probare possit justam, præsertim juxta Ius Canon. absolvendus erit, *Masc.v.1.c.880.n.26.* procedunt hæc maximè, ubi transgressio statuti in damnum Reip. statuentis vergit v.g. res extra territorium exportentur &c. *Baril.d.l.n.18.* huc trahe dictum *Grot.l.2.c.2.§.5.* Denique quotiescumque forensis in loco externo forum sortitur, toties illius statuto obligari volunt, vid. *Mæv.d.l.n.9.* Statuta denique favorabilia, quæ pandunt beneficia, & huc non tam ex obligandi potestate, sed potius acceptationis libertate & ulu pertinent, omnibus modis, quibus, si quid adversi contineret, obligaretur forensis, iisdem quoque tunc ex adverſo

adverso revelari tradunt. Quoties verò vel planè in personam v.g. habilitando eam ad testandum, de quo supra, vel horum favorem ob onera civilia aut beneficia merè civilia continent, non fruuntur forenses, *vid. dd. Dd. add. Cavalc. d.l.n. 446. & seq.* qui idem quæ in Consuetudine quoad exteris observentur, illo loco pluribus tradit:

## SECTIO II.

*Exhibens*

## ODIA AC GRAVAMINA EXTERIS INCUMBENTIA.

His, quæ antea adduxi, quasi relevatus extraneus aggravationem ex diverso patitur in pluribus. Exerit se hoc starim in emigratione, & aliis, quæ sequuntur

I.

*Emigrans licetē detractatione certæ partis bonorum vel solutione definitæ summa obstringitur.*

Mutare quidem domicilium & de loco ad alium migrare libertatis non infima pars, cum contra servorum, adscriptitorum aliorumque, ut in cœteris, ita & hoc passu multò deterior sit conditio. Teltatur vel unicum nuper litigiosum inter Potentissimos Principes & Electores Moguntinum & Palatinum Jus Wildfangiatus, quod descriptum prostat in scriptis ab utraque parte publicatis. Servorum hisque similium, ubicunque migrarint, persecutio perpetua, nisi voluntate Domini manu missi. *vid. D. Mav. tr. vom Abfolge Leibeigener Baurseute.* Sed inæstimabilis libertas in libero homine contrarium induxit. Potest igitur quilibet propriâ voluntate, invitî quoque Dominis, incolatui & domicilio renunciare, se suaque bona aliorum transferre modò non malitiosè fiat renunciatio, eo sc. tempore, quo pro commodis ante acceptis onera sustinenda, bellum suscipiendum &c. Aut ab initio hoc emigrationis beneficium quis abdicaverit, *vid. Grot. l. 2. c. 5. num. 24. d. tr.* Emigrantibus ita certa pecuniæ summa, sive census emigrationis, v.g. 10. præ 100. alibi plus minusve injungitur,

C

*solvenc-*

solvendus, germanis Nachsteur pluribus in locis. De Augusta, Spira, Norinberga testatur Gail. l.2. obf.36. n.10. Perez. in c. tit. quando & quibus quarta &c. X. imo non solventes licet arrestis constringuntur, vid. Blum. process. Camer. t.33. n.10. Et cum hodie alterius civis juxta A.B. art.16. in numerum civium recipiendus sit, receptum, ut recipiendus documentum à Magistratu priori sui discessus legitimi, & vita anteacta afferat. Schepl. ad Conf. Brand. P.4. tit.14. D. Struv. Ex. 50. th. 50. Extenditur hoc statuto Lube-  
censi art. 4. t. de succ. ab int. ut viduæ vel virgines peregrinæ, quæ civi Lubecens. nupserunt, eoque mortuo, rursus emigrare volunt, nihil amplius, quam ad maritum intulerunt, efferre possint; reli-  
quum bonorum mariti apud ejus hæredes remanet. Ulterius ex-  
tranei alibi succedentes nonnisi certa lumina in singula centum  
exsoluta bona hæreditaria avehere possunt, & ne in hoc ærarium  
defraudetur, ad æstimationem faciendam juramentum exigitur;  
interdum quoque ex. confecto à publicis ad id. deputatis personis  
Inventario census iste imponitur. Quænam v. bona huic deci-  
mationi subjaceant, vid. M&v. ad 7.L.p.2.tit.2.art.5'n.16.

**II.**

*Extraneis in nostram civitatem se conferentibus recte cer-  
tum tempus præfigitur, intra quod vel abire vel  
jus civitatis petere debent.*

Habet unaquæque civitas sua onera; fovet vicissim sua  
commoda; & necessum naturaliter, ut qui horum vult esse parti-  
ceps, illa simul perferat: interest porrò civitatis, ut sciat nume-  
rum civium multitudinemque advenarum, quod lites, tumultus &  
prodiciones præcaveantur: prudenter proinde asserti hujus pra-  
xis adhibetur passim. Sed hic discretio facienda inter advenas, qui,  
quomodo & qua mente veniant. Nonnulli enim (i.) justo bel-  
li, pestis metu, hostiumque vi expulsi retento animo revertendi,  
vel necessitate officii necessariò apud nos peragendi (non idem, si  
alibi officium exerceant, quales die Råthe von Hauss auf) acce-  
dunt. Alii verò, sponte quidem veniunt, sed l. in diversoriis pu-  
blicis commorantur, vel apud alias litis tamen peragendæ, debi-  
torum.

Sc(19) 25

orum exigendotum &c. vicitant. 2. Alii sponte non solum accedunt, sed etiam separatis larem constituunt, machen eigen Feuer und Rauch an, ut veniunt cum uxore & liberis, vel qui apud nos animo commorandi uxores ducunt. Hos intra certum tempus, annum, 10, 8, 6, vel pauciores mensas petenda & redimenda civitatis jura vel ex eundem cogi posse existimo. Humanitatis tamen ratione tolerantur interdum, sed propria quadra illis vivere beneficiisque civium frui prohibentur, & interim recte oneribus subjiciuntur, sicuti hoc ultimum civitati Erphordiae à Camerā olim injunctum fuisse testatur Roland. q. c. 27. Illi, quo usque metus vel necessitas indicata permanet, retinendi; post hujus autem cessationem itidem licet ad dicta compelluntur.

III.

*Extraneus præ incolis non est extollendus nimis, vel majoribus præficiendus officiis.*

Quantis interdum lèditionibus extraneorum præ incolis promotio occasionem fecerit, testatur suo interitu Henricus III. Gallorum Rex. Optant quippe hi ad suos mores cuncta reducta patrios; statui, in quo vivunt, infesti, nec quiescunt, donec cives oppresserint, add. Vellei. Paterc. l. 2. c. 20. quamvis interdum hanc exteris concessam prærogativam Principibus magna molientibus bene cessisse ætas majorum ostendat. Certè ex Principis ingenio, intentione, moribus forensis, & statu Reip. hæc potius æstimanda, quâna ita generaliter aliquid statuendum. In nostra Rep. à summo Imperatoris fastigio idem arcetur legibus nostris, Arum. ad A.B. Et esto, extraneum Principem publicam rem bene administraturum, quia tamen moribus & ingenio differt, nec patet cum indigenâ benevolentiam erga populum foyet, recusandus videtur. Eodem ex parte tendit Gallorum lex, fœminas à successione in regimine excludens, ne scil. per harum nuptias reiteratas ad extraneos deveniat imperium; agrè quippe viduarum adhuc florentium cohibetur Venus. An verò in nostra Rep. Gallus vel aliis habendus sit extraneus olim fuit disputatum. Franciscus I. & Henricus II. Gallorum Rex in literis ad Ordines nostros ex stirpe Germ. se genus ducere fatentur, quo fine oculatioribus subolet.

C 2

Qui  
sodab

Quibusdam tamen vel ex hoc, quod Resp. illius, qui jus quoddam in illam prætendit, non sit credenda administrationi, docente Cevernio Regni Gall. Cancell. Regem Henricum IV. excludendus videtur. Quid verò prætendant Galli Auberius Adv. Paris. Parl. tr. Justes prætensions du Roy sur l'Emperire. satis; sed ineptus in multis, ut ostendit D. Nicol. Mart. Prof. Kilon. tr. de libert. Aquila triumphantis, prodit.

## IV.

*Extraneus à Comitiis & electione Imperatoris excluditur.*

Rectè hoc Carolus IV. in A.B. c. I. §. 22. constituit, & rationem habet, ut sc. libera sint Electorum suffragia, nec Principum aliorum præsentia turbentur. Religiosè hoc observatum in Electione D. Matthiæ vid. Arum. ad A.B. disc. I. sed nunc aliquoties remissius. Idem observari in Regno Poloniæ anxia procerum in exterminandis exterorum Legatis cura ob hodiernum Interregnū novellis ordinariis indicata ostendit. Idem Principi Bogislao Radzewil, ni Reip. le juramento ad fidem obligaret, quod esset minister Extranei, mansionem ulteriorem interdixerunt.

## V.

*Contra Forensēm privilegia civium rectè adhibentur.*

Dubitatis ansam in hoc asserto ex eo, quod Princeps indulgendo subditis privilegia, exterorum jus non possit convellere, nihil moror hic; provoco potius ad varia exempla, quæ de asserti hujus veritate fusè docent. Sic Moratoria subditis debitoribus concessa observari ab exteris deberi, Electoris Heidelberg. moratorium illi ejusque subditis quoad debita Principis und Comissariat Schulden in causa Gosen contra die drey Legstädte des Commissariats it. causa Beckers cōtra Heidelberg Cit. mox executor. ostendit. Hodie moratoriorum concessio per R. f. de anno 1654. §. 175. dieser unserer allgemeinen Reichsordnung ic. non nihil restricta. Idem extraneus judicium Austregarum sequi tenetur, neque hoc relictio reum rectâ viâ in Camera convenire pt. D. Blum. P. C. t. 27. n. 53. cæteroquin valde absurdum esset, quod sc. cives quoad exteros esent conditionis deterioris quam ad se invicem, addit idem, quod relinquo. Qui tamen regulam illam; Actor debet

(21)

debet sequi forum Rei; ferè Juris gentium esse & hujus rei causam putat, meo judico non errabit.

VI.

*Exteri ob debita suorum concivium alibi possunt repressaliis affici.*

Inter Cives Imperii sive immediatos s. mediatos repressalias vix posse fieri O.C.p.2.t.26. Gylm. Sympb. verbo mandatū sine clausulā. Myler.d.tr.c.56.p.488. tradunt. Camera quandoquidem Imper. & Jud. Aulic. quod hodie maximē floret, iustitiam quārentibus nō denegant, potiusque contra repressaliates mandata sine clausula decernunt. Gail.l.1.obs.28. Videas tamen hodie in nostra Rep. harum usum non infrequentem. Quoad exterorū verò adhibentur rectē, modò fiant (1.) ob causam liquidissimam. (2.) arduam. (3.) in qua iustitia denegata, add. Grot. d. tr. l.3. c.2. §.5. & (4.) Magistratus cōcedens denegantem super agendis repressaliis præmonuerit, D. Struv. de vind. priv. c.12. aph. 1. D. Malcomes. Disp. de Repress. Excipiuntur scholares, Clerici, mulieres, Legati atque aliū cum suis rebus dicti Dd. & mercatores ad nundinas proficentes. Imò hi nec ob proprium contractum debitum alibi vel in loco nundinarum à civibus tempore nudinarum arrestari queunt, nisi (1.) huic favori renunciatum. (2.) in ipsis nundinis contrāctum, vel (3.) consuetudine aut privilegio contrarium introducum, vid. D. Ahafv. Fritzsch. Fctus & Consil. Com. Rudolphopol. tr. d. Jure nund. c.7. Sic Francofurtenses in nundinis suis tam vii privilegii ab Imperatore Friderico III. quām inveteratæ consuetudinis Jus arrestandi advenas sibi vindicant. De quo vid. Klock. de Contrib. c.3. Blum. P. C. t.33. n.12. ubi dicit: nunquam contra usum hujus privilegii processus decerni, sed contra impetrāntem, ut is curet relaxari arrestum, add. Petrus Peck. de jur. sistendi. Loccen. de jur. marit. l.3. c.5. Marg. d. tr. l.1. c.13. An verò status nostri Imperii contra exterorū repressalias exercentes consensum Imperatoris adhibere debeant, quāritur? vid. Myler. d. tr. c.56.

VII.

*Retorsionem juris sua in provincia obtinentis pati cogitur forensis.*

C 3

Docto.

Doctores ad tit. π. quod quisque juris. Neque tamen hic præcisè requiro, ut ipse forensis in individuo, contra nostræ R eip. hominem juxta l.3.π.d.t. postulaverit, contra quem jura suæ civitatis tectorquere volumus, sed sufficit jus aliquod novum esse ab aliis contra nostros cives usurpatum, vid. D. Struv. de vind. priv. c.1. ubi dubiis dissentientium satisfacit. Sic, quod Basileæ per statutum in Concursu creditorum nudi Chirographarii cives ibidem extraneis licet tempore & hypotheca anterioribus & potioribus præferri solent ; iidem ante aliquot annos in civit. Francof. idem jus pati debuerunt, ref. D.D Gams. f.Cto & Advoc. C.I. celeb. Dn. cognato meo desiderato &c. in consil. civit. Heilbron. super hoc Jure dato. Sic porro cum in Galliæ provinciis quibusdam Iure Albinagii extranei à successione Gallorum & exterorum ibidem mortuorum excludantur, nisi in casibus suprà Sect. I. aph. 2. revelatis, in nostra Rep. idem jus contra Gallos retorquetur. Non obstante, quod in causa de Meille contra Stadt Wormbs mandati &c. die Freindsheimische Erben betr. Dnn. Cameral. fidei-commisum dicto Gallo à Cive Wormatiensi relictum adjudicarunt. Siquidem hoc ex eo, quod impetrans Gallus probaverit in suâ provincia dictum jus Albinagii non observari , factum esse, laud. D. Gams. d.l. autumat. Idem jus retorquendi Elector Sax. Augustus P.3. Constit. ult. dum statuit, daß wider die örter / allwo man die Erbschafft rc. gar nicht oder allein folgen läßet/gleiches Recht zu gebrauchen rc. approbavit. Ulterius cum Angli collaterales advenas ad fratum sororumque successionem non admittant, jus retorsionis alibi sentiunt, fac. Schultz. q. pract. 6. D. Struv. er. d. vind. priv. c.1. aph. 22.

## VIII.

*Eorenſis præ incolis rat. bonorū vectigalibus gravius oneratur.*

Ubique ferè obtinet, ut exteroruī bonis & mercibus graviora quam subditorum imponantur vectigalia; præprimis vero illis, quorum indigentia nos non laboramus, vel quæ nobis magis ad voluptatem inserviunt, quam necessitatē, quod quibusdam in locis Gallorum Italorumque noviter inventæ merces, utpote solū luxus cultui inservientes, satis persentiant add. Obrecht. secr. pol. I.

8.4.n.16.

8.4. n. 16. *Relfendso. d. tr. c. 8. p. 149.* Dedit tamen hæc aggravatio  
vectigalis saepius magna incommoda. Ita nuper in novellis de dato  
Antorf. den 15. Oct. anno 1668. accepimus, quod Don Stephano  
Gamarra coram Gubernat. Antorf. super imposito vectigali merci-  
bus Hollandicis conquestus, & ni abrogaretur, minatus fuerit,  
Hollandos ex Belgo Hispan. venientibus mercibus duplicata im-  
posituros vectigalia.

## IX.

*Forensis defraudans vectigal aut gabellam pœnae commissi  
subjicitur.*

A præstatione vectigalis nullus in mundo, nisi specialiter  
privilegiatus, quales Bambergenses, Noriberg. & Wormatienses  
in nundinis Francofurt. esse tradit Horneck. *de Jure Postarum* est  
immunis. Eandem tamen immunitatem navibus aduersa tempe-  
state, hostium piratarumque persequutione in portum aliquem  
delatis tribuunt, *Laudens. d. fiseo q. 171.* *Marqu. d. tr. l. 2. c. 5. n. 6 l. l.*  
*c. 15. n. 45. per text. l. fin. §. 8 π. d. vectigal.* Itaque communis hic est  
Dd. sententia merces ob licitoriuu vectigalium fraudationem, &  
dolosam solutionis intermissionem *l. 8. l. 14. l. f. §. quot. w. d. t.* immo a-  
llias immunes ex non factâ professione (nautæ lettres de Charle  
partie ou bargausanne porrigunt) in commissum cadere *l. 4. §. 1.*  
*l. f. §. 3. π. d. t. Mascard. v. i. concl. 835.* Fraudandi hunc animum ex  
ipsa intermissione dictorum præsumi non solum in indigena sed in  
forensi volunt Dd. quoniam ignorantia de re apud omnes gentes  
usitata, qualis est vectigalium solutio, crassa & affectata censetur, eò  
magis, quod debuisset vel potuisset mercator & auriga interrogan-  
do facile fieri de ea re certior, *Rosenth. defend. c. 5. concl. 37.* Com-  
muniter tamen admittunt, ut si modò ignorantia probabiliter  
appareat v.g. in vectigali novo & insolito, & quando forensis nun-  
quam per hæc loca transiit, cessare pœnam commissi, & duplum so-  
lum exigi, *Menoch. conf. 98.* *Rosenth. d. l. quamvis Baldus in l. le-*  
*ges C. d. legibus his duobus casibus impunitam velint intermissam*  
*solutionem. Existimarem ego ex circumstantiis facti judicem pru-*  
*dentem in justa ignorantia ad absolutionem, in aliquali ad duplum,*  
*in affectata ad pœnam commissi procedere posse, add. Quazz. de*  
*confisc. concl. 13. ampl. 82. Gail. l. 2. obs. 48. Peregrinus d. jur. fiscil. b. t. 5.*

X. Tan-

Tandem ex legibus feudalibus hæc addenda differentia (add. Sect. I. §. 5.) quæ habetur. II. F. 32.

*Extraneus nō potest eſſe testis in investitura de novo beneficio.*

Dominus sc. sive ille sit Princeps, sive Marchio, sive Comes dum diversis personis diversa concedit feuda, multos vasallos sive fideles sibi acquirit. Hiq; convasalli inter se pares curiæ audiunt; qui verò nullum feudum ab illo Domino recognoscunt extranei. Parium curiæ præter illam, quod in casu, quo Dominus cum alio Vasallo super feudo, fidelitate vel investitura litigat, II. t. 16, 24. aut aliàs lis inter vasallos ad Dominum pertinet, vid Rosenth. c. 3. concl. 3. D. Struv. Ex. feud. c. ult. Judices existunt, prærogativā præ extra-neis & hæc est in hoc Axiom. indicata, adeò ut facta investitura de novo beneficio absq; Vasallis, licet Dominus illam fateatur, vel de illa per breve testatum constet, non valeat II. f. 32. Fallit dictum (1.) quando Dominus nullos alios Vasallos habet, Vult. d. f. l. 1. c. 7. n. 30. (2.) ubi fit investitura de veteri beneficio d. t. (3.) ubi ab-sunt ita Vasalli, ut copia eorum nequeat haberi, vel propter lon-gam distantiam loci vel aliud impedimentum; aliàs enim si habe-ri possunt, exspectandi I. f. 26. j. II. f. 33. Rosenth. c. 12. concl. 17. aliter Vult. hic l. 1. c. 7. n. 27. (4.) si sunt incapaces, ut pupilli & mulie-res &c. (5.) si Clericus investituram faciat I. f. 26. cui ne repugnet, II. f. 32. variæ à Dd. conciliationes adferuntur, vid. Vult. Borch. d. f. 6. 7. Hottoman. Giphan. d. f. 4. n. 36. qui omnes diversimodè senti-unt. Præprimis autem placet Giphan. conciliatio, qui vocem PARITER ita accipit, ut extranei cum paribus simul & conjun-ctim adhiberi debeant, add. Dn. Struv. d. l. c. 8. aph. 6. ratio autem quare in veteri beneficio extranei; in novo non ita admittantur, traditur à Sonsbeck. d. feud. P. 9. ex c. 1. §. idem. de not. feud. quod tamen insufficiens videtur Rosenthalio. c. 6. concl. 6. n. 3.

Atque hæc de Jure Forensis ejusq; odio pro instituti ratione delibâsse sufficiat. Crediderim interim, plura & fortè graviora re-stare, sed de illis ex hîc adductis facile judicium sumi poterit.

Tu, Honorande Lector, dictorum benevolum Te

præbe Censorem & Vale!

DEO TRIUNO SIT LAUS  
SEMPITERNA.

(X2617988)


VDA7



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black	White	3/Color
Magenta		
Red		
Yellow		
Cyan		
Blue		
Green		



IO JURIDICA  
GURALIS  
DE  
NSIBUS,  
Quam  
lementissime Presidente  
IDULTU  
orum Ordinis

TIOSO  
N  
ITTORVM GISSENA  
PRO  
NTIA  
ure Doctoratus Honores  
ritè capessendi,  
PROFESSORUM EXAMINI  
mittit  
STOPHORUS Limbach/  
HANUS.

is ad diem Februar:  
istianæ Salutis  
. L X I X.

KÖNIGRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

s s æ,  
MPELII, Academix Typog. Ordin.